Abuchodonoſor an
tiquuſ rex babilonie
qui primus captiua
uit Iudaicum popu
lum Et poſt tempus fecit incendi
Iheruſalē & urbis muros deſtrui
px. codeȝ. li. vir. c. Ioachim. preut
ſcribit Nicolaus de lira ſuper pri
mo capitulo Danielis Et. M. hy
ſto. ſco. natus de incerto coitu ex
quadā femina regie progeniei cal
daice qui mox natus in ſiluamq;
proiectus a quodā leproſo reper
tus eſt cuiuſdam capre ſugēs ube
ra et auis bubo aduolans ſedit ſu
per arbore iuxta pueruȝ hunc. le
proſus igitur nutriri faciens Na

buchodonoſor dici uoluit ab euẽ
tu Hoc quidem nomen ligua cal
daica & armenica tria ſonat Na
buc enī bubo eſt doyor capra no
ſor lepra quibus iunctis confici
tur tale nomẽ Sub iſto cum iam
regnaſſet.xix.annis & zedechias
regnaſſet.xi.ī iudea captiuati ſũt
iudei prout ſcribit Ezechiel pphe
ta qui anno.xxxvii.tranſmigra
tionis.xxvii.die mẽſis Septẽbris
honorati ſũt iudei nec priuſquã
regnaſſet Cirus data eſt eis licen
tia repatriandi.Hic prout ſcribit
.ii.c.Danielis uidit uiſionez de
omnibus regnis mũdi quam cũ
magno miniſterio interpretatus

eſt daniel prout ſcripſi eodem.li.
uir.c.daniel Secūdo uidit in ſom
nis prout ſcribitur octauo.c.da
nielis in medio terre magnā arbo
rem tante proceritatis ꝙ celū at
tingeret & āplitudo ramaꝝ exten
debat ad termīos uniuerſe terre
folia erāt pulcherrima Et abūdā
tiſſimus fructus eius Ideo uidebā
tur ſub ea oīa genera aīaliū & ſu
per ramis uolucres infinite ipius
naſcētes fructibus Et āgelus deſcē
dens de celo clamauit fortiter ſuc
cidite arborem & ramos diſpergi
te folia & fructus eius fugiēt beſ
tie q̄ ſub ea ſūt & aues de ramis

eius ſinite tñ germen radicũ eius
ut mutent᷑ ſeptẽ tpa ſuper eũ Cũ
interpretatiõem huius uiſionis a
Daniele petiſſet Nabuchodono
ſor quam nõ inueniebat a magis
ſuis ſtetit cogitabũdus per horã
Daniel tunc rex nõ te inquit tur
bent interpretationes huius mox
cepit Daniel hoc ſomnium hoſti
bus tuis ſit arbor illa mirabilis
rami fructus & folia tu ipſe es cu
ius magnitudo a terminis terre
uſqꝫ ad celum pretenſa eſt Sed ꝙ
arbor precidat᷑ iuxta iuſſu ange
li deſcendẽtis a celo dimittaturqꝫ
germen donec ſeptem mutentur
tempora Hec eſt interpretatio de

us te a conſortio gentium remo
uebit ſtabiſq; cú beſtiiſ annis. vii
& fenum ut bos comedes donec
ſcias q deus uerus dominatur ſu
per regnum gentium qui dat &
mutat ſecundum beneplacita ip
ſius qd relinquat germen eſt q
regnum tibi ſeruabitur poſtquā
noueris poteſtatem celeſtem eſſe
Elemoſinis ergo redime peccata
tua & pauperibus per miſericor
diam remitte iniquitates ſuas &
forſan deus ignoſcet debitis tuis
ps. xl. c. inf. hec oīa impleta ſunt
Nam poſtq̄ fecit mala que infra
in hoc capitulo deſcribentur Et
dum rex. xii. menſe per palatium

ābularet dixit in corde ſuo ꝑut
ſcribitur in.ix.c. Nonne hec eſt
Babilon magna quam ego edifi
caui in robur & gloriam fortitu
dinis mee repente uox de celo di
xit Regnū tranſit a te Nabucho
donoſor habitabis cuꝫ feris fenū
quaſi bos comedes donec ſcias ꝑ
ſeptem tempora ꝙ deus excelſus
dominatur in regno hominum
ſicqꝫ fuit ab hominibus eiectus ī
eadē hora & tanꝗ̄ bos fenum pa
uit poſt ſeptem annos Nabucho
donoſor oculos leuauit ad celuꝫ
benedicens domino & in bonuꝫ
ſenſum & in honoreꝫ regni reuer
ſus eſt cum figura propria ꝛ ma

gnificentia conſueta glorificās &
magnificans regē celi de hoc ſcri
pſit. M. de hyſto. ſco. ſuper Dani
ele & ſimiliter ephiphanus ꝙ hec
non fuerit mutatio corpis ſed ali
enatio mentis Nam ablatus ſibi
fuit uſus ligue z ītellectus factus
eſt brutalis Ideoqꝫ ſtripſit yſy. iu
nior in ſuis cro: Nabuchdóoſor
ꝓpter peccata ſua factus eſt inſa
nus z ſicut beſtia p deſertū rodēſ
ſeptimuȝ annū uixit deinde reſti
tutus ī priſtinā ſanitatē poſſedit
iterꝫ regnū ſuū Obyt ultio tanꝗ
amicus dei cui ſucceſſerūt Balthia
ſar & heyulmodrach fily heredes

impery eius regnauerat apud caldeos: Nabuchodonoſor temporibus quibus apud Romanos Seruius tulius & apud athenenſes regnauerunt phiſiſtratus pr. eodem li. c. Seruius Tulius Et ſi dicas ꝙ naꝫ fuerunt deterrima peccata regis ob que meruit inſanire Illa quideꝫ fuerũt multa ſed iſta pauca ſufficiãt pro reſponſo ſcribit. M. hyſto: ſco. ſuper quarto libro Reguꝫ Nabuchodonoſor cepit regnare ĩ Babilonia ãno xxx. quo Ioachim regebat populum Iſrahel Cumqꝫ Ieremias prediceret Ioachim & populoruꝫ iudeorum captiuitatẽ in Babiloni

am ei & Baruth necatario ipſius
populus irridebat ſed octauo an
no Ioachi͂ Nabuchodonoſor ob
ſedit Iſrahel quem fecit tributari
um urgente fame duxit tamen ſe
cum obſides de ſtirpe regia. ſ. da
niel & alios tres iuuẽculos Quar
to autem anno cum rex Egiptus
bellũ gereret aduerſuꝫ Nabucho
donoſor neglexit pacta tributa
dare Terminato cum egiptiis bel
lo ſub nomine federis Nabucho
donoſor intrauit Iheruſalem occi
dit Ioachim & fortes iuuenes Io
achim uero inſepultum fecit ante
muros Ieroſolimos iaci Conſtitu
it tamẽ Regem eius filium nomi

ne ſimilit Ioachim necpoſt mul
tum timēs Nabuchodonoſor ne
rex iuuenis meōr paterne necis he
reret Egiptys Iterū obſedit Iheru
ſalem tunc rex Ioachim ſequens
conſilium Ieremie tradidit ſe ad
domū ſuā in manibus Nabuch
odonoſorQuem pro ſua ſecurita
te & domū ſuam & nobiles ciui
tatis & theſauros domus Regie ī
Babilonem trāſtulit Et quia iſti
ſponte tradiderūt ſe dicta eſt trāſ
figuratio Et cōſtituit Regem ma
themā patruum Ioachim Quem
mutato nomīe dici uoluit Seda
chiā & hunc tributariū reliquit ī
regno anno.ix.regimīs Sedachie

Nabuchodóoſor obſedit Ihrlm
Quia Sedachias ſupbus q̄admo
dú fuerat Ioachī frater eius adhe
ſit Regi egiptioꝝ dilamās iuſiu
randú inter ſe & Nabuchodono
ſor cú omni ſolēnitate factū Cúq;
rex Egipti ueniret in auxiliuz Se
dachie fuit Nabuchodóſor cū tā
ta ſtrage fuſus q̄ dimiſit uniuer
ſā ſiriam Anno x. zoropham prī
ceps exercitus Nabuchdóſor ob
ſedit Iheruſalem ita arta ob ſidi
one q̄ matres comederunt natos
proprios Anno undecio fugerūt
nocte una ceteri bellatores quos
ſequendo exercitus bellatorum

Sedechian cepit in planitie Ieri
cho diſperſi ſũt bellatores Et ip
ſe captiuus ductuſ eſt cathenatuſ
ĩ babilonem ad Nabuchodonõ
ſor coram quo iuſſit occidi filios
ſacerdotis & officiales Poſt hec ſi
bi fecit effodi oculos & p̄ uniuer
ſam Babiloniam iudaicus popu
lus diſperſus eſt ĩ urbe tamen re
licti ſũt agricole pauperes z men
dici in Caldeam etiam delata ſũt
uaſa omnia aurea es totum aurũ
& argentum atq; captiuati ſunt
ſcribitur captiuitas iudeorum &
hic fuit terminus regum iudeoꝝ
Regnauerũt enim ſcd̃m Ioſephũ

annis.ccccc.xxiiii. mēſibus octo diebus decem. at ſcd̄m li. Reg. nō plene. ccccc. annis Cumq; uictori oſus Nabuchodonoſor feciſſet grande conuiuiū fecit omnes por tare cū uaſis domus domini Po tauerūtq; etiam Sedechian potu adeo laxatiuo q coram omnibus fluxum emiſit uēter quo dolore poſt paucos dies mortuus eſt in carcere Hiis paupibus Nabucho donoſor prefecit godolyam Sed menſe quinto ſeptimo die menſis miſit rex Babilonius Nabuchar dum ſeruum regis cum exercitu qui primo ſuccendit domum do mini Secundo domum regiam z

tertio omnem urbem & totũ mu
rum ciuitatis euertit duxitq; ſecũ
omnes in babilonẽ poſt hec ſub
iugauit egiptum Syriam moabi
tas & amoitas poſt hec omne iu
dicauit daniel regi ſompniũ q ſõ
niauerat de·x.regnis mũdi & eo
dem.li.uir.c. daniel deinde fecit
Nabuchdonoſor fieri ſtatuã au
ream ualde magnam quam pro
deo iuſſit ab omnibus adorari
Sed annanias Miſſael & Azarias
ſocy danielis poſiti ſunt ĩ medio
fornacis ardentis & nolebant Sta
tuam diuinis cultibus honorare·
Sed angelns dei defendit eos poſt
hec factus eſt beſtia & rurſus in

hominem reuerſus eſt prout pau
lo ſupradixi in hoc.c. Cum tan
dem Nabuchodonoſor eſſet mor
ti proximus uoluit danieleꝫ una
cum filio heredem facere ſed mo
deſtus propheta renuit.

Finis tractatuli de Natiuitate
Nabuchodonoſor regis Babilo
nie & uita eius collecti per Laurē
tium Aretini Cauſaꝝ auditoris.

CB 1002202289